



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

13. de eodem quantu[m] ad dispe[n]sationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

*In sacrificiū n est institutum* memoria est & repræsentatio veri sacrificij & sanctæ immolationis factæ in ara crucis: & semet mortuus est Christus in cruce, & immolatus: nec causa suæ infirmitatis repetitur, quia perficit hominem: sed nostræ, quia quotidie peccamus. Ideo dicit Augustinus. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel sit passus, quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Quotidie tamen Eucharistiam accipere nec laudo (ait Augustinus) nec vitupero.

*An cõmunicandum quotidie.*

DE POTESTATE CONFICIENDI SACRAMENTUM  
Eucharistiæ.

DISTINCT. Decimætertix  
CAP. Primum.

*Mali æquè atque boni sacerdotes consecrare possunt.*

**A**ugust. Intra catholicam Ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis domini nihil à bono maius, nil à malo minus perficitur sacerdote: quia non merito consecrantis, sed verbo efficitur creatoris, & virtute Spiritus sancti. Credendum est etiam quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur, Sicut ipse est qui baptizat: ita

ipse est qui per Spiritum sanctum suam efficit carnem & sanguinem. Gregorius: *Pun-  
tant* quidam communionem corporis minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu in quam magnam laqueum incidunt, ut divina & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant, cum vnus idemque Spiritus sanctus in tota Ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificet, & sanctificando benedicat, &c.

CAP. Secundum. Ordo & intentio ad consecrandum requiruntur.

**I**N huius autem mysterij expletionem sicut formam seruari, ita ordinem haberi, scilicet ut sit sacerdos, & intentionem adhiberi oportet, ut illud facere intendat. Quod si intentio dicatur deesse conficiendi illud mysterium, tamen si intendat ea dicere & agere, quae ab aliis geruntur, impletur mysterium.

DE POTENTIA QVANTUM ad suam quidditatem.

DISTINCT. Decimæ quartæ  
CAP. Primum.

*Multipliciter pœnitentia dicitur.*  
HH iij